

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

**Capvt decimumoctauum**

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)

scientiā tuam, studeas ansis de gallo bono uel malo. Nam de bono gallo antiquum propheticū inuenīt ita, Aquilæ grandis sociabitur liliū, & mouebitur ab occidente in orientem contra Leonem. Leo carebit auxilio, & decipiet à lilio, fragrabit liliū in Alemania, unde laus sua ultima uolabit sub Aquila.

MEDIA AQ VILA IN DEXTRA,  
in sinistra Liliū.



CAPVT DECI.  
mumoctauum.

**D**E laudibus  
liliū ita subin-  
ferit. O Fran-  
cia terra no-  
bilis, quæ ta-  
lem fers florē, qui arborem  
arefactā annis mltis trā-  
actis sola odoris appensio-  
ne uirescere faciet. Et amo-  
re charitatis inflāmabit Aq-  
lam oriētalem, uolando ad  
ardua alis duabus, fulgens  
in montibus Christianitatis  
Illud est liliū odoriferum,  
unde apes fidelium in ecclē-  
sia fugent mel affectionis ac  
desiderij. Rebelles fugēt ue-  
nenum lamentationis in a-  
gro Virginali, & liliū cū  
aureolis stabit illæsum. Illud liliū afficiunt puellulae Scorpionis Ale-  
manicæ nationis appendere fertis festiuitatum. vnde lugubriter lu-  
gebunt. O iuuenis in terra liliū attende ne dicāt, Væ terræ in qua rex

## PROGNOSTICVM IOANNIS

puer. Cum tu sis ille qui agrum Saphireum fers sub cælo tribus aureis lilijs insitum, quid te docebunt? Nam primum lilyum prædicat & successorem esse, & ministrum altaris, uicarium Christi manū sinistram tenentis in Epistolis uniuersarum nationum. Secundum lilyum prædicat te, & tuos esse columnam Christianitatis in parte occidentali, ab isto lapide marmoreo qui absclusus est de mōte sine manibus. Tertium lilyum prædicat te esse aduocatum sponsæ Christi, gerentis aureolā liliij in capite optimi odoris. Ergo uocitaris Christianissimus inter omnes reges. O candor liliij micans in ecclesia, quod lilyum angelus infixit, Remigius Francorum apostolus unxit, Dionysius demonstrauit, Ludouicus exaltauit, Francia nutriuit, Gallia decorauit. Attende, nam si de malo gallo processisti, scias illud sub regiminetu.

## CAPVT DECIMVMNONVM



Otens est Deus & Francos suscitare aduersus ecclesiam, quo eam humiliabunt. Heu ille, qui est omni infamia, famosi q̄ sceleris maculatus felicibus semper auspicijs, & maximis honorum cumulis utitur, cruento adhuc gladio tyrannica cupiditate, ac Marciali temeritate ad culmen extolletur regni iuxta statum unius cuiusque. Ut heu heu Bohemoru hæresiarcha felicitas exaltata est, & spiritualitas suffocata. Illum uero quem uirtutū adornat insignia, salutiferi Iouis passione maximis erumnarū calamitatibus præcipitem celeritate oppositū lugubrica, immatura faciet morte perire. Ut item pore Caroli nouissimi regis Francij comes de Armgack, & Ludo uicus delphinus, heu in alta Alemania contra catholicam ordinatio nem cruenter gladijs, incendijs ac rabidis uultibus exercuerunt. Sic sub nouello innocentii, quem puerū uereor uocitare, heu uaria oriētur incommoda, rām in clero quam in populo, non uerentur sui exterminare loca sancta. O puer attende, an bonus gallus sis, ista te informabunt, an Christianissimus sis. Nam si de bono gallo traxisti originem,